

4267.

1347 d. 9 Dec.

RAGVALD MAGNUSSON i Ängenäs säljer till borgaren Håkan i Söderköping en tredjedel af ett torp Olastorp, afsöndradt från Wistinge, och qvitterar 40 mark penningar, som köparen inbetalt.

Orig. på perg. i Risinge kyrka i Östergötland.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu auditoris tam posteris quam modernis Rangwaldus Magnusson in engyanes salutem in domino sempiternam Tenore presencium recognosco me viro discreto haquino cui sudhercopensi tres partes de vno opido quod de matrimonio meo est edificatum et de vistingge extractum cum omnibus sibi adiacenciis agris pratis siluis et pascuis olasturpe cum fidedignorum testimonio dictorum factum legaliter vendidisse Hoc addito quod nec ego nec heredes mei ipsum super prefata terra audeat aliquo modo inpedire Set ei cedat inperpetuum possidenda In cuius rei euidenciam sigillum discreti viri johannis pætersen vna cum sigillo proprio est appensum Ideo notifico quod predictus haquinus mihi per eadem bona XL marchas denariorum redderit et exsolu[er]at Scriptum anno domini M C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL septimo dominica secunda aduentus.

Sigillen: N. 1 borta, remsan kvar; N. 2 obetydligt fragment.

4268.

1347 d. 12 Dec.

Köpenhamn.

Drottning HELVIG af Danmark qvitterar 500 mark silfver, som Konung Magnus af Sverige betalt på sin skuld till hennes gemål Konung Waldemar.

Orig. på perg. i Storhertigl. Archivet i Schwerin. \*)

Heylwigis dei gracia Danorum Slauorumque regina. Omnibus presens scriptum cernentibus. Salutem in domino sempiternam. Constare volumus vniuersis. nos ab illustri principe et fratre nostro dilecto Domino Magno dei gracia rege Swecie quingentas marchas puri argenti nomine et ex parte dilectissimi domini nostri domini Waldemari Danorum regis. in quibus sibi ratione veri debiti tenebatur percipisse (!) et leuasse in pecunia nominata. [æ: numerata?] pro qua quidem argenti summa. dictum fratrem nostrum dominum regem Swecie et heredes suos pro dicto domino nostro nobis et heredibus nostris ac corone regni Daciani quittos liberos dimittimus penitus et solutos per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Hafnis Anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XL<sup>o</sup> septimo in profesto beate lucie virginis.

Ett fragment af Drottningens sigill finnes kvar.

\*) Tryckt efter en af Herr Bibliothekarien vid Upsala Universitet Mag. C. G. Styffe på stället gjord och benäget meddelad afskrift.